

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Meditationum evangelicarum pars secunda, hoc est:
Solida, ad descendam & exercendam, ex evangeliis tam
dominicalibus quam festivalibus Christi & sui-ipsius
notitiam, informatio**

Creide, Hartmann

Francofurti ad Moenum, 1682

Exordium

[urn:nbn:de:bsz:31-126164](#)

tam revocare potest, id solius Dei opus est, qui mortificat & vivificat, 1 Sam. 2.v.6.

Sed apud hunc medicum non impossibile est ullum verbum, Luc. 1.v.37, Psal. 68. v.23. *Corporalis medicus iorboros corporis tantum proficere*, animam autem sanare non potest. Id ministerio commissum est. Verum Christus solus efficere potest:

Ut sit mens sana in corpore sano.

Sicut paralyticum cum anima tum corpore sanavit, Matth. 9.v.26. Hinc Augustinus: *Sic medetur plagis peccatorum nostrorum, ut nulla cicatricum vestigia remaneant.* Hinc nulla condemnatio est in iis, qui in Christo Iesu sunt, Rom. 8.v.1.

Medico corporali non semper potiri possumus. Sicut legimus de Hippocrate, quod Rex Persarum ei magna donaria obtulit, qui tamen ad eum venire noluit.

Verum aliter cum Christo se res habet, hic enim nobiscum est omnibus diebus, usque ad consummationem seculi, Matth. 28.v.ult. Ideo vocatur Immanuel, Deus nobiscum, Esa. 7.v.14. Hinc bene Augustinus: *Quiatu non poteris ire ad Medicum, ipse Medicus venit ad te.* Per adscensionem enim suam in ejusmodi thronum adscendit, qui per totum orbem se extendit, ut nos ubique terrarum ejus perfugio uti possimus. Non enim longe ab uno quoque nostrum est; in ipso enim vivimus, & movemur, & sumus, Act. 17.v.28.

Postremò nemo Medicorum reperiatur, qui vitam pro agrotis profuderit. Verum Christus id fecit. Propterea exclamat Augustinus: *O mirabile genus medicinae, ubi medicus agrotat, ut agrotis sanitatem conferat.* Vere languores nostros ipse tulit, Esa. 53.v.4. seqq.

Hoc proinde *ad solarium vestrum* tene te, Dilecti! & quia auditis, medicum hunc non venisse valentibus, sed male habentibus: Videte, ne vos valentes arbitremini, sicuti Pharisei in se confidebant, quod essent justi, Luc. 18.v.9. sed potius cum Paulo gloriemini in infirmitatibus vestris, ut inhabitet in vobis virtus Christi, 2. Cor. 12.v. 9. & in hoc medico, hic temporaliter & ibi in aeternum exultare poteritis. *Hic in tempore* sanabit vos, verbo suo sanctissimo, quod verum malagma est, omnia sanans, Sap. 16.v.12. *Ibi vero in aeternum* cibavit vos de ligno vita, quod in paradyso Dei est, & cujus folia ad sanitatem gentium, Apoc. 22.v.2. ut nunquam agrotare, sed germinare & virescere debeat, Psal. 92.v.15. nec mortem gustare in aeternum, Joh. 8.v.51.

Id quod nobis omnibus ex gratia concedere dignetur, Deus Opt. Max. per filium suum Jesum Christum, Seruatorem nostrum, in Spiritu sancto,

Amen.

In die festo Michaelis Archangeli.

Evangelium Matth. 18. v. 1. --- II.

EXORDIUM.

Cum Josua esset in agro urbis Jericho, levavit oculos: & vidit virum

in regione, evaginatum tenentem

gladium. Perrexitque ad eum, & ait: Noster es, an adversarius? Qui respondit: Nequaquam, sed sum princeps exercitus De-

Ffff 3

mini

In festo die Michaelis Archangeli.

mini, & nunc venio. Cecidit Josue pronus in terram & adorans ait : Quid Dominus meus loquitur ad servum suum ? Et dixit Princeps exercitus Domini ad Josue: *Solve calceamentum de pedibus tuis ; locus enim in quo stas, sanctus est.* Fecitque Josue, ut sibi fuerat imperatum. *Jos. 5.v.13. seqq.*

Hic peculiaris apparitio nobis describitur, quæ Principi Josuæ accidit: sine dubio filius Dei fuit in forma angeli, quem se in V. T. iubinde manifestavit, & inde *εξοχὸν Angelus fœderis* dicitur, *Mal. 3.1.* Est etenim *Angelorum princeps*, cui omnes obedire, & voluntatem ejus facere tenentur, *Psal. 103. v. 20.*

Veluti igitur alias Princeps exercitus si-
ve Dux militiae, in loco illo ubi est, exerci-
tum suum secum habet: Ita certissime per-
suadeamus nobis, quod ubi Christus per
fidem habitat in corde, *Eph. 2.v.17.* ibi &
sancti angeli praesentes sint, in frequentia
multorum millium, *Hebr. 12. v. 22.* castra
metantes in circuitu timentium Domi-
num, *Psal. 34. v. 8.*

Josuacalceamentum de pedibus suis à fi-
lio Dei solvere jubeatur: quo ipso intelli-
gitur omnis immundities, quæ homini ad-
hæret, *Hebr. 12. v. 1.* hanc deponamus o-
portet, per quotidiam penitentiam, tan-
quam novæ creaturæ, in novitate vita am-
bulantes, *Rom. 6. v. 4.* Filius enim Dei est
sanctissimus, *Dan. 9. v. 24.* quin & Angeli
casti & mundi spiritus sunt, unde etiam san-
cti angeli appellantur, *Matth. 25. v. 31.*
Quodsi igitur Princeps exercitus Domini,
cum sanctis Angelis apud nos divertere debet, & habitationem facere: non configu-
rati prioribus ignorantiae desiderii, sed fe-
cundum eum, qui vocavit nos, sanctum, &
nos in omni conversatione sancti simus,
necessæ est, *I. Petr. 1. 15.*

Alias in scriptura mentio fit calceamento-
rum in bonâ quoque significacione, cum pri-
mis, quando sponsus cœlestis de sponsa ec-
clesiâ, & quavis fideli anima dicit : Quam
pulchri sunt gressus tui in calceamentis, fi-
lia principis, Cant. 7. v. 1. ita sponsus ipse
sponsam suam hyacintho calceaverat, *E-*
zech. 16. v. 10.

Sed hic Dominus de aliis calceis loqui-
tur, quos Protoplasti in Diaboli officinâ
sibi aptari & applicari siverant, à quibus ad
nos per hæreditatem devenerunt, sic ut de
Adam expressè dicitur, quod post lapsum,
non ad Dei, sed ad imaginem & similitudi-
nem suam filios genererit, *Gen. 5. v. 3.* Ideò
emphaticè dicitur, solve calceamentum de
pedibus tuis, non quod ego applicavi tibi,
sed tuum, quod ipse induisti, ad latam il-
lam viam currendam, quæ ad perditionem
ducit, *Matth. 7. v. 13.*

Hoc ipso igitur adumbratum fuit, ut
qui præsentia gratiosa Jesu Christi, & cu-
stodiâ sanctorum Angelorum gaudere re-
vavit, ante calceamenta exuere debeat, hoc
est, vita sanctimoniorum studere, & ita vitam
agere teneatur, in hoc mundo: ne cui for-
tè scandalum præbeat, & ita justissimam Dei
vindictam sibi attrahat, ut inola asinaria iræ
divina suspendatur de collo ejus, ratione
cujus Christus fideliter nos admonet in
prælecto Evangelio.

Quoniam igitur pii Veteres hoc ipsum
in festo Angelorum explicandum ordi-
narunt; nos sine ulteriori præloquio ad ex-
plicationem ejus progresiuri, contempla-
bimus ex eodem:

- I. *Ἄρρωστοις, sive notitiam nostri.*
II. *χριστοῖς, sive notitiam Christi.*

J.J.

Exe-